UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis secularium Confessariis

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agrippinae, 1663

Clericalis tonsura semper gestanda, & quoties renovanda, ibid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9994

Visual Library

ex principiis, uſu, atque exercitatione addiſcant. Cujus etiam in examine poſthac rationem accuratam haberi volumus.

Clericali tonſurâ inſigniendi, quo tempore, loco & habitu comparere debeant.

XXXI. Ad primam tonſuram, aut etiam minorum Ordinum aliquem admiſſi feriâ ſextâ matutinâ, horâ octavâ in Eccleſia noſtra Metropolitana adſint Clericali veſtitu induti, capillitio abſciſſo, ſeu decenter compoſito, (*a*) & ſuperpelliceum atque cereum ſinguli in promptu habentes; qui ubi Clericalem tonſuram, vel aliquem Ordinum minorum ſuſceperint, ſicut & ſinguli majoribus Ordinibus initiati, (*b*) in vertice capitis coronam ſibi radi curet pro uniuſcujuſque ordinis, gradus ac ſtatus qualitate latam, eamque conſpicuam perpetuò deinde gerant; ac ſecun-